

Mythologia, Francfort, 1581 - X [00] : Quod omnia philosophorum dogmata sub fabulis continebantur

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document est une version augmentée de :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[00\] : Quod omnia philosophorum dogmata sub fabulis continebantur](#)

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[00\] : Que tous les preceptes de Philosophie s'enseignoient jadis par les Fables](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[00\] : Que tous les preceptes & enseignemens philosophiques s'enseignoyent jadis par fables](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légalesFiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia*Francfort, 1581 - X [00] : Quod omnia philosophorum dogmata sub fabulis continebantur, 1581

Consulté le 14/01/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/6067>

Copier

Présentation du document

PublicationFrancfort, André Wechel, 1581

ExemplaireRegensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Paginationp. 1026-1030

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière
modification le 28/11/2024

rere possit, cum neque Deus quidem; qui ipse est naturæ fundamentum, optimus ac sapientissimus obrectatoribus carere potuerit. Per hæc igitur significabant aut maledictum & ociosorum nullam omnino viro bono habendam esse rationem, aut nihil gloriosum vel honorificum esse aggrediendum. Nam cum illum miserrimum omnium esse iudicem, qui potius ad vulgi & imperitæ multitudinis opinionem, quam ad veram probitatis & integritatis rationem se accommodare studeat, iamdiu omnem vulgi loquacitatem & imprudentiam, contemnendam esse decreui. Semper enim præclari, & sapientis hominis esse iudicium, stultorum & improbilissimorum calumnias magno animo posse parviscere.

NATALIS COMITIS MYTHOLOGIE

LIBER DECIMVS.

Quod omnia philosophorum dogmata sub fabulis continebantur.



MANIFESTVM esse ducimus ex iis quæ hactenus explicata fuerunt, opt. ac sapientis. Campeggi, omnia priscorum instituta tum ad cognitionem rerum naturalium, tum etiam ad rectorum morum rationem pertinentia, fuisse ab antiquis sub fabulis integumentis occultata. Veruntamen non inutile fore arbitramur, si paucis complectamur ea quæ latius in superioribus libris fuerunt contenta: quippe cum ita fuerint implicata dogmata sapientum sub fabulis, ut neq; à mediocriter quidem eruditis facile secerui possent. Nam illa, quæ Aristoteles, & ante illū, diuinus Plato, de naturæ opificio tradiderunt, quæque vel Empedocles, vel Parmenides, vel Pythagoras, in medium protulerunt, aliique philosophi, aut quæ de moribus singulorum,

tam, illa omnia fuisse patuit antiquarum fabularum artificum dogmata, è quibus tantum quisque hauserit, quantum sui ingenij ferret facultas. Significabant enim (vbi dictum est) mundum à Deo fuisse creatum, eumque consistere ex vniuersa materia: quare vnum esse mundum, at non plures: Tempus natum esse è cœli motu: Cœlos harmoniam musicam, dum mouentur, pro ratione magnitudinis corporum, efficere: Ætheris sempiternam materiam existere: Elementa esse corruptioni & mutationib. obnoxia secundum partes, cum tamen tota moles ita creata sit à Deo, vt esse possit sempiterna. Hæc omnia anima mundi, siue vis diuina, à corruptione præseruat. Terram esse immobilem, cæteraque omnia perpetuis motibus agitari: Elementorum partes inter sese vicissim per calorem ætheris, ac per frigus corrumpi & gigni, omniumque horum frequentiores fieri circa terræ mutationes per fabulas innuebāt. Grandines & imbres & fulmina fieri, cæteraque quæ fiunt in sublimi, è vaporibus à sole in sublime elatis. Tum rursus è commistione elementorum & corruptione diuersa gigni animalia, & plantas: quorum omnium autor est Sol per moderatum calorem. Omnibus animalibus, & è multis principiis compositis, semel esse moriendum, cum omne cõpositum in sua principia solui denique necesse sit. Deinde ad explicandam naturam plantarum & frugum peruentum est. His esse viles dixerunt temporum vicissitudines: cum per has modò vires resumere, modò vberes fructus proferre soleant. Deinde animantium omnium generatio vel sit è corruptione, vel coniunctione maris & feminæ. Vtrisque procreandis & educandis confert cœli clementia: nam ex illa tẽperie nascitur cupiditas procreandi. Deinde de mutationibus Lunæ ac viribus pertractant, cuius humor in plenilunio confert parturientibus, & incremento plantarum, & cõseruandis animalibus, quæ nata sunt. Atque eiusdem facultatis autorem & principem Solem esse dixerunt, quem idcirco & medicę artis peritum, & sanitatis ac pestilentię moderatorem putarunt. Nam cum mediocritas, temperiesque caloris, & grauitas ac magnitudo per illum fiat, meritò hæc facultas illi tributa est. Postea demonstrarūt omnia diuina prouidentia gubernari, nihilque esse quod sine Dei auxilio diutius possit consistere. Solem esse Dei ministrū, per quem omnia fiunt & nascuntur: cum is misceat elementa, è quorum

commistionibus nascuntur omnia. Animas hominum esse immortales, quæ, postquam fuerint his corporibus exolutæ, pro suis meritis vel præmia, vel supplicia sortiantur. Deum adesse vbiq; hominibus quidvis facientibus. Nemini licere clam esse scelerato. Solam innocentiam intrepidas animas mortuorum ad severissimorum iudicum præsentiam deducere. Atque ut summam complectar, omnem Dei & naturæ diligentiam, quæ ad elementa, vel ad corpora ex his composita, vel ad simplex illud ac diuinum vocatum supernum corpus pertineret, per fabulas explicarunt. Atque eadem fabulæ non minus ad informandos mores conferebant, cum significarent Deum cultum & religionem à nemine posse impune negligi: omnia diuinæ providentiæ esse obnoxia, nihilque carere Dei præsentia. Deum fauere humanæ industriæ. Dæmones Dei nuntios nobis semper consulere, atque recta suggerere consilia. Sapientiam rem Deo gratissimam, maximeque à Deo diligì sapientem. Omnium scelerum grauissimam esse avaritiã, quæ omnia & humana & diuina iura, cultumque vel ipsius Dei pessundare consuevit: cum nihil sit tam sanctum, quod non avaritia violare soleat. Neminem esse posse avarum, qui idem sit vir bonus. Omnibus necessariam esse sapientiam, sed principibus hominibus præsertim. Opum eximiam præstantiam neque ulli utilem esse, neque necessariam: cum brevis sit omnino fructus illorum, quæ diuturnis laboribus comparaueris. Omnem eximiam opulentiam deuitadã, vt infidiis plenam. Iustissimas esse opes, quæ ex agrorum cultu proueniunt. Naturam paucis esse contentam. Famos esse, qui piura quàm opus habeant, per aliorum iniurias & assiduos labores sibi parare contendunt. Nullam esse opum, honorum, libidinum, rerumque huiusmodi satietatem. Ab omni ambitione abstinendum, cum honores qui vel imperitis, vel immeritis deferuntur, & ipsis & iis qui detulerunt, aliquando fiant calamitosi. Nihil esse à Deo petendum proprium, nisi quod videatur illi nobis conferre. Omnium mortalium statum esse inconstantissimum. Neminem impurum posse Dei vltionem deuitare. Legem esse hominum Reginam. Beluarum esse armis, at hominum ratione disceptare. Nemini scelerato confidere oportere. Principum gratiam nulli impuro esse firmam diutius. Qui semel à recto descuerit, legesque contemnere didicerit, is postea sit ad
omne

omne improbitatis genus propensus. Si quis voluptatum imperium semel ex quo animo patiatur, illum postea variarum bestiarum ac ferarum formam induere. Neminem posse satis sibi à voluptatibus temperare, nisi diuinam opem imploraue- rit, & ab illa adiunetur: quare temperans putandus est Dei ami- cus. Opus esse eximia quadam sapientia, ubi quis in aliquam turpem cupiditatem inciderit, ut inde pedem tetrahare possit. Animæ partes esse duas, hanc rationi parentem, illam minimè audientem rationem: oportereque meliorem deteriori impe- rare. Omnis probitatis esse fundamētū religionem: omnem- que beneficentiam esse Deo gratam. Vitam mortalium esse quam plurimis difficultatibus circumuentam, è quibus nisi Dei ope nemo satis sapienter se expedire poterit. Filiis vel ad probitatem vel improbitatem esse acutissimum calcar dome- stica maiorum exempla. Ebrietatem corpus & animum in- utilem facere rebus omnibus: multaque indecora immodera- tum vini vsum sequi solere. Iræ vim plurimum obesse rebus o- mnibus, nisi moderatio illi adhibeatur: superbiamque & per- tinaciam & inuidiam debere rationi & recto consilio obtem- perare. Omnem arrogantiam & temeritatem diuinæ naturæ maximè esse aduersariam, quæ tandem à Deo deprimitur. Ambitionem maximè animos mortalium infestare. Morta- lium superbia & crudelitate Dei iram concitari. Omnibus vi- tiis annexum esse condignum supplicium, neque ullam esse nobilitatem, aut vires, aut diuitias, aut potentiam, quæ possit dignæ pœnæ sceleratum hominem subtrahere: quippe cum vel debilis fortissimum hominem iniquum sæpe profligat. Animas esse immortales, quæ diutissimè possint pœnas dare illorum scelerum, quorum perbreuem voluptatem expetue- rint. Omnibus esse moriendum, cum somnus nos mortales esse ob quandam mortis similitudinem moneat. Omnes post mortem esse iudicandos. Innocentiam esse optimum viati- cum omnibus animabus mortuorum ad summi Dei præsen- tiam. Ita viuendum esse ut recordatio vitæ præteritæ possit nos in morte consolari, at non terrores iniicere. Tortores fo- re qui commissa peccata nos fateri cogant post mortem. O- mnia peccata vel esse medicabilia, vel minimè. Singulis ani- mabus pro magnitudine peccatorum magnitudinem suppli- cio rum esse paratam. Non esse curādum quid de nobis dicant

homines, sed quod æquum esse videatur faciendum: cum ne-
mo potius ex omnibus mortalibus omni ex parte inreprehensibilis existit. Ego sanè, cum ista fuerint dogmata sub fabulis antiquorum contenta, illos qui postea philosophi nominati sunt, philosophandi initia ab ipsis fabulis cepisse contenderim: neque aliud fuisse philosophiam, quàm fabularum sensa ab inuolueris exuuiisque fabularum explicata. Nam cum ab Ægyptiis vniuersa propè philosophia in Græciâ primum fuisset depotata, quid prohibet illam per fabulas apud Græcos fuisse per manus traditam? Cum enim inuestigare philosophiam à principio Ægyptij sacerdotes priscis illis temporibus cœpissent, rerumque sacrarum cognitionem illi niterentur apud se retinere, ne traderetur in vulgus: dederunt operam ut aliquas notas inuenirent, sub quibus sapientie præcepta, & arcana mysteria sacrorum continerentur, quas hieroglyphicas nominarunt. Sunt enim ipsæ sacra: at γλῶσσο sculpo. Illud verò admirabile fuit in Græcorum fabulis, quòd earum nonnullæ historicam & physicam & ethicam narrationem admittunt, cum aliæ naturalem tantum, aliæ moralem solâ contineant. Atque nos in nonnullis omnes has explicationes, proponemus, in aliis vel morale tantum, vel naturalem, cum facile esse unicuique censeamus hæc omnia pro iudicio colligere, atque primum de Ioue incipiamus.

De Ioue historicè.

Hic Deus habitus fuit, postquam pulso patre de regno ipse imperium suscepit, quia reges antiquitus pro Diis colebantur, quòd inuenta multorum sibi arrogauit, quòd humanioris vitæ autor exiit, quòd omnia diuina providentia gubernari prior demonstrauit, quòd homines ad cultum Deorum erexit.

At Physicè.

Idem modò aer, modò æther creditus est, modò Sol, modò fatum, modò cælum, modò mundi anima: quæ ubi agit in corpora cœlestia, Iupiter Olympius dicta est: ubi in vires subterraneas, Iupiter Stygius: ubi in mari, Neptunus. At castratio Saturni vnum tantum esse mundum & vnum tempus significat, neque posse plures procreari. Parentes Iouis Deum demque cuncta genuisse & procreasse significant: cuius affines sunt elementa. Deinde significatur illorum mutua generatio & corruptio